Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



isrl' ⁊ de semine regio · ⁊ tyrannorum
puros · in quibus nulla esset macula · deco
ros forma · ⁊ eruditos omni sapiencia ·
cautos sciencia · ⁊ doctos disciplina · ⁊
qui possent stare in palacio regis · ut do
ceret eos litteras ⁊ linguam chaldeorum ·
Et constituit eis rex annonam per singu
los dies de cibis suis · ⁊ de vino unde
bibebat ipse · ut enutriti tribus annis ·
postea starent in conspectu regis · Fuerunt
ergo inter eos · de filijs iuda · danyel · ana
nyas · mysahel · azarias · Et imposuit
eis prepositus eunuchorum nomina · Danyeli
balthasar · ⁊ ananye · sydrach · mysa
hel mysach · ⁊ azarie abdenago · feria · v ·
Proposuit autem danyel in corde suo ·
ne polluerentur de mensa regis · neque
de vino potus eius · Et rogauit preposi
tum eunuchorum ne contaminarentur ·